

rum. (c) Bene vale 5. Januarii anni incun-  
tis 83. qui utinam tibi Tuisque sit faustus.

Panori

Jac. Grynaeus.

## EPISTOLA XXII.

S Amo, V. cl. fratres tuos: & bene se pro  
de ipsorum studiis. Heri Paulum (a)  
dili-

(c) Fuerunt adversarii Crypto-Calvinistarum, no-  
minatim *Job. Schellhammerus*, *Job. Kauffmann*,  
*Nic. Herold*. Respicit etiam forte commotiones,  
tunc temporis propter Exorcismum ortas, ob  
quas Illustr. Senatus Norib. A. 1583. d. 18. No-  
vemb. declarationem de sana exorcismi explica-  
tione edidit, & eo ipso curam singularem de sincera  
fide retinenda, luculento specimine ostendit. Ju-  
dicii trium laudatissimorum Theologorum titu-  
lus est: Bericht von dem Exorcismo, warum der-  
selbe zu dieser Zeit/ denen Niederländern zu gesal-  
len nicht abzutun noch zu ändern.

(a) *Christophorus Paulus Jugel* n. 12. Decembr. A.  
1570. A. 1599. 10. Decembris Ambergæ in Pa-  
latinatu superiori Præfecti officio functus obiit  
1617. d. 23. Decembris & sepultus Kolbergæ in  
palatinatu. Ceterum de familia Juliorum hoc no-  
tandum, quod a multis temporibus, omnes *Chri-  
stophori* vocati sint. Causam si L. B. lubenter co-  
gnosceret, eam esse sciat, quod *Christophorus Gu-  
gel* Avus *Fabii Julii*, Imperatoris *Maximiliani I.*,  
*Caroli V.*, & *Ferdinandi I.*, nec non multorum Prin-  
cipum & Comitum Imperii Consiliarius & Can-  
cellarius, lectissimæ Conjugi suæ, *Dorothea de E-  
spelbach*